

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 5: De amore Dei (17)

Augustinus:

Recordari volo transactas feditates meas et carnales corruptiones anime mee,
non quod eas amem, sed quod amem te, deus meus.

Amore amoris tui hoc facio,
recolens vias meas nequissimas in amaritudine recogitationis anime mee,
ut tu dulcescas michi, dulcedo felix et secura.

Recordari uolo transactas foeditates meas et carnales corruptiones animae meae,
non quod eas amem, sed ut amem te, deus meus.

Amore amoris tui facio istuc,
recolens uias meas nequissimas in amaritudine recogitationis meae,
ut tu dulcescas mihi, dulcedo non fallax, dulcedo felix et secura,
et conligens me a dispersione, in qua frustatim discessus sum,
dum ab uno te auersus in multa euanui.

Augustinus Hipponeensis, *Confessionum libri XIII.*, 2.1 (CCSL 27,
L. Verheijen ed., p.18, ll.1-7).